



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

II. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

IN Angelica MARIE de Portiuncula æde S. Franciscus Seraphicus multis sæpius è coelo gratis Marianis donatus, hodie Deiparam visibiliter in templum descendentem, ædem illam adeuntibus benedictionem, & indulgentias plenarias à Filio impetrandem conspexit. *In vita.* Puros vult suos Deipara.

S. Franciscæ impetra mihi à Deo per Sanctissimæ Matris ejus preces, omnium, quæ totâ vitâ commisi, peccatorum remissionem, quam per infinitam Dei misericordiam, & piissimæ Dominæ meæ intercessionem me consecuturum spero. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum Jesu &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Cum Alano hodierno rosarii Mariani amatore, illud dormiturus brachio obvolvam.

Ego sum, ait Maria, Mater misericordiæ plena charitate, & dulcedine. Ego peccatorum scala, reorum spes & venia. Ego mæstorum consolatio. *Th. Kemp. in sol. c. 24.*

Quæstio: An B. V. concedere fidelibus possit Indulgentias?

III. AU-